



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 K
19 M


14. 4. 29
14
C
40



ΝΟΝΝΟΥ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΜΕΤΑΒΟΛΗ
ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ
ἉΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ,
διὰ στίχων ἡρωϊκῶν

NONNI PANOPOLITANI

METAPHRASIS EVANGELII
SECVNDVM IOANNEM,
versibus heroicis:

Cum ms. cod. Pal. collata;
Verborum Indice aucta:
Breuibus Notis illustrata:
Rectius aliquot in locis versa:

OPERA FRID. SYLBVRGII VETER.



Ex Hier. Commelini typographio.
A. CH. MDXCVI.

SVIDAS:

Νόννος Πανοπολίτης ἐξ Αἰγύπτου, λογιώτατος· ὁ καὶ τὸν παρθένον θεολόγον παραφράσας δι' ἐπῶν. *id est, Nonnus Panopolitanus ex Ægypto, vir doctissimus: qui & virginis Theologi euangelium epico carmine reddidit.*

ἄδηλον εἰς τὸν αὐτόν.

Νόννος ἐγώ· Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις, ἐν Φαρίῃ δὲ
Ἔγχει φοινήεντι γονὰς ἤμησα Γιγάντων. *id est,*

Nonnus ego, Panos patria est, stirpemq; Gigantum
Niliaca in Pharia mihi martia messuit hasta.

ERASMO POSTIO
IOANNIS ARCHIATRI
PALATINI EL. FILIO,
optimæ spei adolescentulo,

FRIDERICVS SYLBVRGIVS S.

PAternas amicitias filiis tamquam hæreditarias esse, cum alii, tum Isocrates docet. Quamobrem cum etiam ego iam aliquot annos in patris tui amicitia sim, ERASME *suauissime, a me quoq; tibi aliquid deberi existimaui, quod in doctrinæ virtutisq; curriculo tibi & incitamento esset, & adiumento. In qua cogitatione cum diu multumque versarer, commodum accidit vt hospes meus Hieronymus Commelinus, qui & ipse in paternorum amicorum albo est haud postremus, Nonni hanc metaphrasin edendam susciperet. Ad cuius expolitionem cum a me nonnihil operæ consireretur, eam tibi rectissime dicari posse sentiebam. Nam si operis argumentum spectes, eum suo carmine Nonnus expressit euangelistam qui ceu aquila sublimi volatu arcanissima Christianæ religionis mysteria penetrauit, & vt intima familiaritate Seruatori iunctus, salutis viam liquidissime nobis patefecit. Si vero modum elocutionis intuearis, grande argumentum pari dictionis maiestate, summaq; vbertate atq; elegantia pertexuit. Vt enim defuncti amici, Gerardi Falkenburgii, viri doctrina & iudicio eximii, verbis vtar, quod antea vix fieri posse putabatur, vt tam sublimem materiam numerosa caperet oratio, id ita omnibus suis partibus perfectum expletumq; in illo carmine animaduertitur, vt sæpe vnum Nonni epitheton aliorum prolixa commentaria superet. In* Dionysiacis *sane*

inexhaustum nobis bonorum thesaurum idem exhibuit, ut, si vel centies studiose diligenterq; illum euolueris & excusseris, semper aliquid apportet noui, semper aliquid moneat quod nescieris, semper incredibili animum voluptate pascat. tantaq; in eo libro est orationis copia & dulcedo, tanta rerum varietas, tam bene decorum vbiq; seruatum, vt vix quidquam in eo desiderari possit. Æschylum accepimus dicere solitum, suas tragœdias esse τεμάχη τῶν μεγάλων Ὁμήρου δείπνων. sic huius poetæ ornamēta nihil esse aliud possumus dicere quā luculentam Homerici carminis paraphrasin. ita in vniuerso Homeri corpore nihil pulchri est, nihil magnopere vtile, quod hic noster non ingeniose fuerit æmulatus. vt nō abs re credideris, si Homerus amissus esset, nec vlla exstarēt de imitatione præcepta, ea omnia quæ in illo admirari solemus, ex hoc fonte hauriri ac restitui posse. Ac, si verum est quod vulgo dici solet, nos illorum mores atq; adeo animos induere, quibuscum familiariter versamur, quis hic non constituat quasi quandam μετεμψύχωσιν, & credat Nonnum Homeri animum, cuius poema numquam de manibus deposuit, assiduo lectionis vsu lucrifecisse? Sunt quidem in eo non pauca quæ Critici in dubium vocare queant, & contendere in Tragico quam Epico tolerabiliora esse. Quæ vt Sophistico sæculo ab illis condonari possunt, ita orationis æquabilitas & similitudo, admirabili sonantium verborum & sesquipedalium epithetorum elegantia & iucunditate perfusa, non immerito placere debet. Nam hæc grandis & elata Nonni compositio tam vbiq; sibi constat, tam dilucida tamq; suauis est, vt nullo labore conquisita, & sua sponte fusa videatur. Quod cum alii olim, qui illa ingenii dexteritate carebant, labore, diligentia & vigiliis assequi conarentur, accidit vt illorum in sublimi eloquendi genere scripta industriam magis & curam quam naturam redolerent, ideoq; in varias reprehensiones incurrerent. Ac

sunt

ſunt quidem etiam hic multa quæ prima fronte abſurda videantur, plura perperam detorta, plurima tamquam indigna poeſi reiicienda: tamen ea, ſi diligens habeatur inquiſitio, Nonno præcipuum a nobis amorem conciliabunt, eumq; excelſo atq; eminenti loco ſtatuent. Neq; vero hoc ſolum natura duce, comite doctrina Nonnus ſuit conſecutus, vt in hoc haud quaquam fucato eloquentiæ ſplendore excelluerit; verum etiam non mediocri ſignificantiſſimorum verborum & epithetorum numero linguam Græcam auxit: ne quid interim de illis verſibus dicam qui prouerbiorum vice iure optimo vſurpari poterunt. Sed mirari ſatis nequeo reperiri quoſdam qui negent Dionyſiaca & Euangelicam hanc paraphraſin eiuſdem eſſe Nonni. Quos quid moueat equidem ignoro. niſi exiſtiment vnum hominem in tam diſſimili argumento elaborare non potuiſſe. quod quam probabiliter dici poſſit ipſi viderint. Carminis ſane eadem eſt in paraphraſi ratio quæ in Dionyſiacis, epitheta eadem, filum orationis idem; vsq; adeo vt hemiſtichia & integri verſus ex illis in hanc deriuentur. Quod ſi non ſatis eſt, ſufficiat Suidæ auctoritas, qui diſertis verbis paraphraſim hanc tradit a Nonno Panopolita fuiſſe confectam. quem Dionyſiaca ſcripſiſſe teſtatur etiam Agathius, & vetus illud diſtichon, quod vel ab ipſo Nonno, vel ab alio ipſius perquam ſtudioſo, Dionyſiacis olim præfixum fuit. Neq; enim amplius audiendi ſunt qui aliam ex eo Gigantomachiam *commenti fuerunt; cum ipſe in Dionyſiacis Indos* Gigantes *appellet. Quando autem vixerit hic poeta, vix vtiq; aſſeuerare liceat, niſi forte is ſit Nonnus quem Nicephorus Calliſtus lib. 14, cap. 30, Eccleſiæ Edeſſenæ præfuiſſe ſcribit. vt idem videatur cuius filium Soſenam, iuuenem exigua admodum cum re, ſed eruditiſſimum, Anaſtaſio & Pylæmeni per epiſtolam commendauit Syneſius, qui Theodoſio rerum potiente floruit. Ea certe ætas pleroſque So-*

phistico dicendi genere claros tulit: inter quos primi & coryphæi sunt Heliodorus ille cuius exstat Æthiopica historia, & Synesius. Et Agathius, qui sub Iustiniano claruit, Belli Gothici libro 4, Nonni vt recentioris auctoritate vtitur. Patria vero ei fuit Panos, Ægypti oppidum: quam regionem Græcia olim ad percolenda omnibus bonis artibus ingenia magistram habuit. Neq; vero id silentio prætereundum videtur, quod Ægyptii quondam viros & virgines pietate ac vitæ sanctimonia insignes, Nonnos *&* Nonnas *appellauerint. ex quo non obscure aliquis diuinauerit nostro poetæ ob sanctissimos & innocentissimos mores id nomen a suis popularibus tributum, aut infanti adhuc a parentibus bene ominantibus tamquam stimulum quendam inditum. Talis ergo tantusq; cum sit Nonnus, merito ab Angelo Politiano, magni iudicii viro, in Miscellaneorum libris,* mirificus poeta *est appellatus, & a doctissimis quibusque maximo semper in pretio habitus. Quin & in bene constitutis scholis Christianæ iuuentuti hæc Euangelii metaphrasis passim prælegi solet; quippe ex qua, ceu limpidissima saluberrimaque scaturigine, simul & Græcæ linguæ & veræ beatitudinis cognitionem imbibere liceat. Quamobrem & nos in hac editione id nobis enitendum & elaborandum existimauimus, vt cum toties tamque varie a multis edita sit hæc metaphrasis, ad eam in hac editione aliquid noui nostra ope accederet. Itaq; primum melioris notæ editionem Stephaneam cum vetere libro ms. ex illustrissimi & clementiss. Principis nostri bibliotheca nobis communicato, contulimus: & quas in ea collatione vel emendationes vel discrepantias deprehendimus, seorsum annotauimus; additis nonnusquam & nostris alienisue coniecturis. Deinde verborum & phrasium notabiliorum Indicem alphabeticum ceu Lexicon quoddam attexuimus. In Latinam interpretis versionem etsi curiosius inquirere nec*

licuit nec libuit, tamen si qua in transcursu animaduerterentur euidentia errata ea pro nostra virili sublata & correcta sunt. Id nunc superest, ERASME *suauissime, vt tu tam excellens poema, nostra ope, quantum in præsens licuit, expolitum, ab amico, vt patris, ita tui quoque amantissimo, æquo animo accipias, & qui ex eo percipi fructus possunt ac debent, eos serio studio inde percipere satagas; nempe Græcæ linguæ notitiam, & vt poeseos eximiæ, ita sinceræ pietatis seriam imitationem. Vides quanto ardore pater tuus ad illustre illud gloriæ fastigium velut equis & remis contenderit. Vides vt in Philosophiæ ac Medicinæ studio, Poeticæ quoq; aliqua temporis particula impensa, clarum in vtrisq; nomen adeptus sit. Idem, cum litteræ absque moribus cassæ sint, cum eruditionis studio, etiam virtutis, atque inprimis veræ pietatis studium perpetuo coniunxit, atque ita se apud omnis ordinis homines, potentiores æque ac tenuiores, commendabilem reddidit, vt tam extra quam intra Germaniam carum æque ac clarum eius nomen sit. Cuius gloriæ facem cum in senium iam vergens tibi tradere incipiat, tuum est lampadem istam ita ex manibus eius accipere, vt pari, vel etiam maiori cum splendore oriturus olim ex vestra stirpe nepotibus eam tradas, & ad consimilem æmulationē calcar eis addas. Quod vt cum laude consequaris faxit is a quo vno & solo quidquid in hac vita boni est, ceu perenni atq; vberrimo fonte promanat. Vale. Heidelbergæ pridie salutiferi natalis Domini nostri, 1595.*

LECTORI S.

NOnni Metaphrasis Euangelii secundum Ioannem, sæpius, diuersis in locis, diuerso etiam modo, in lucem edita est, amice lector. Nam, vt Franciscus Nansius, vir eius poetæ studiosissimus, memoriæ prodidit, primum Venetiis anno 1501 ex Aldi Manutii officina id poema prodiit: deinde Haganoæ idipsum recudit Ioannes Secerius, anno 1527: post, Petrus Brubachius Francofurdi, anno 1541: & sequenti anno 1542 Parisiis Iacobus Bogardus, cum Christophori Hegendorfini versione Latina, parum accurata. Quatuordecim annis post, anno scilicet 1556, in eadem

phistico dicendi genere claros tulit: inter quos primi & coryphæi sunt Heliodorus ille cuius exstat Æthiopica historia, & Synesius. Et Agathius, qui sub Iustiniano claruit, Belli Gothici libro 4, Nonni vt recentioris auctoritate vtitur. Patria vero ei fuit Panos, Ægypti oppidum: quam regionem Græcia olim ad percolenda omnibus bonis artibus ingenia magistram habuit. Neq; vero id silentio prætereundum videtur, quod Ægyptii quondam viros & virgines pietate ac vitæ sanctimonia insignes, Nonnos & Nonnas *appellauerint. ex quo non obscure aliquis diuinauerit nostro poetæ ob sanctissimos & innocentissimos mores id nomen a suis popularibus tributum, aut infanti adhuc a parentibus bene ominantibus tamquam stimulum quendam inditum. Talis ergo tantusq; cum sit Nonnus, merito ab Angelo Politiano, magni iudicii viro, in Miscellaneorum libris,* mirificus poeta *est appellatus, & a doctissimis quibusque maximo semper in pretio habitus. Quin & in bene constitutis scholis Christianæ iuuentuti hæc Euangelii metaphrasis passim prælegi solet; quippe ex qua, ceu limpidissima saluberrimaque scaturigine, simul & Græca lingua & veræ beatitudinis cognitionem imbibere liceat. Quamobrem & nos in hac editione id nobis enitendum & elaborandum existimauimus, vt cum toties tamque varie a multis edita sit hæc metaphrasis, ad eam in hac editione aliquid noui nostra ope accederet. Itaq; primum melioris notæ editionem Stephaneam cum vetere libro ms. ex illustrissimi & clementiss. Principis nostri bibliotheca nobis communicato, contulimus: & quas in ea collatione vel emendationes vel discrepantias deprehendimus, seorsum annotauimus; additis nonnusquam & nostris alienisue coniecturis. Deinde verborum & phrasium notabiliorum Indicem alphabeticum ceu Lexicon quoddam attexuimus. In Latinam interpretis versionem etsi curiosius inquirere nec*

licuit

licuit nec libuit, tamen si qua in transcursu animaduerterentur euidentia errata ea pro nostra virili sublata & correcta sunt. Id nunc superest, ERASME *suauissime, vt tu tam excellens poema, nostra ope, quantum in præsens licuit, expolitum, ab amico, vt patris, ita tui quoque amantissimo, æquo animo accipias, & qui ex eo percipi fructus possunt ac debent, eos serio studio inde percipere satagas; nempe Græcæ linguæ notitiam, & vt poeseos eximiæ, ita sinceræ pietatis seriam imitationem. Vides quanto ardore pater tuus ad illustre illud gloriæ fastigium velut equis & remis contenderit. Vides vt in Philosophiæ ac Medicinæ studio, Poeticæ quoque aliqua temporis particula impensa, clarum in vtrisque nomen adeptus sit. Idem, cum literæ absque moribus cassæ sint, cum eruditionis studio, etiam virtutis, atque inprimis veræ pietatis studium perpetuo coniunxit, atque ita se apud omnis ordinis homines, potentiores æque ac tenuiores, commendabilem reddidit, vt tam extra quam intra Germaniam carum æque ac clarum eius nomen sit. Cuius gloriæ facem cum in senium iam vergens tibi tradere incipiat, tuum est lampadem istam ita ex manibus eius accipere, vt pari, vel etiam maiori cum splendore orituris olim ex vestra stirpe nepotibus eam tradas, & ad consimilem æmulationẽ calcar eis addas. Quod vt cum laude consequaris faxit is a quo vno & solo quidquid in hac vita boni est, ceu perenni atque vberrimo fonte promanat. Vale. Heidelbergæ pridie salutiferi natalis Domini nostri, 1595.*

LECTORI S.

NOnni Metaphrasis Euangelii secundum Ioannem, sæpius, diuersis in locis, diuerso etiam modo, in lucem edita est, amice lector. Nam, vt Franciscus Nansius, vir eius poetæ studiosissimus, memoriæ prodidit, primum Venetiis anno 1501 ex Aldi Manutii officina id poema prodiit: deinde Haganoæ idipsum recudit Ioannes Secerius, anno 1527: post, Petrus Brubachius Francofurdi, anno 1541: & sequenti anno 1542 Parisiis Iacobus Bogardus, cum Christophori Hegendorfini versione Latina, parum accurata. Quatuordecim annis post, anno scilicet 1556, in eadem

dem Parisiorum Lutetia, idem edidit Martinus Iuuenis, aliquot in locis correctius, in nonnullis tamen etiam corruptius. Quinto post anno, 1561, idem eadem in vrbe recudendum dedit Ioannes Bordatus, cum sua interpretatione Latina, verbum verbo exprimente. in qua editione idem ille Bordatus se ad octoginta versus operi manco ex manuscripto codice Iacobi Salomonis restituisse prodit. Si tamen accuratius summa computetur, pro lxxx tantum lxviii versus a Bordato adiecti comperientur. nam, vt Nansius notauit, sexto capiti vno eodemque in loco xxxviii versus ab eo sunt additi: septimo vnus, vltimus scilicet: duodecimo, decem: decimotertio, vnus: decimoquarto, sex: decimoquinto, quattuor: decimosexto, vnus: decimoseptimo, quattuor: decimooctauo, tres: reliquis nihil plane additum. Porro Bordati editionem Coloniæ anno 1566 expressit Maternus Colinus, sed absque Latina versione, & Græcis ita negligenter tractatis, vt etiam errata typographica quæ Bordatus in sua editione notauerat, inemendata reliquerit. At anno 1588, idem Colinus mutato consilio, missa Bordati editione, Parisiensem editionem anni 1556 secutus est, omissis, vsque ad xvi caput, omnibus illis versibus quos Bordatus suæ editioni addiderat. sextodecimo autem capiti vnicum illum a Bordato adiectum versum inseruit: decimoseptimo, quattuor: decimooctauo tres. Rursum anno 1571 & 1577, Petrus Perna Basileæ hanc ipsam Nonni metaphrasin cum Erhardi Heideneccii versione in publicum emisit: qui Bordati editionem maxima ex parte secutus, prætermisit tantum sexti capitis versus illos xxxviii, & capitis septimi duos, nempe sexagesimum tertium, & vltimum. Eam Heideneccii editionem anno 1578 expressit Henricus Stephanus, aliquot in locis (vt ipsius verbis vtar) paulo meliorem factam. Nouissime omnium Nansius, accurata istarum editionum collatione instituta, & multa illarum menda sustulit, & vltra lxviii versus a Bordato additos, ipse ccclxix adiecit, non e veteribus libris manuscriptis desumptos, sed ex Euangelistæ vulgatis editionibus a se contextos; suppletis videlicet omnibus iis quæ ipsi ad integrum Euangelistæ contextum exprimendum deesse videbantur. Eam tamen in ista interpolatione cautionem adhibuit, vt versus a se insertos vel minori charactere exarauerit, vel signo ( ) vtrimq; circumcluserit. Addidit quoq; interpretationem Latinam, non vbique verbis Græcis adstrictam, ideoq; magis perspicuam. Deniq; & Notas addidit, in quib. præter editionum variantem scripturam, suæ correctionis atq; interpolationis rationē reddidit. Nobis vero in hac editione propositum fuit non e Nansii laboribus quidquam decerpere; quod absque ipsius offensione & typographi detrimēto vix fieri potuisset; sed nouissimam Heideneccii editionem, vt a Perna & Stephano expressa est, quanta diligentia & fide fieri potuit, repræsentare. Quam ne plane asymbolō emitteremus, cum Palatinæ bibliothecæ libro ante cccc annos exarato diligenter contulimus, & quæ vel codex ille, vel nostræ alieuæve coniecturæ nobis in transcursu suggerebant, paucis annotauimus. Deinde verba & phrases notatu digniores in alphabeticū Indicem ceu Lexicon redegimus. Ad insititios versus quod attinet, pleriq; illorū quos Bordatus e ms. se interseruisse ait, Nonni stilum haud referūt, nec a Palatino ms. optimæ notæ codice agnoscūtur. vt coniectare liceat. exemplar quod in sua metaphrasi secutus est Nonnus, a nostri temporis editionibus aliquantū variasse. vix enim suspicari quis audeat Nonnum pro libito addendi, detrahendi, mutandiq; licentiā sibi vsurpare voluisse.



ΝΟΝΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ


Πανοπολίτου μεταβολὴ τοῦ
κατὰ Ἰωάννην ἁγίου
εὐαγγελίου.

NONNI POETÆ

Panopolitani paraphrasis sancti
secundum Ioannem
Euangelij.

NONNI PARAPHRASIS.
Cap. I.

SIne tempore erat, incomprehensibile, in ineffabili Verbum principio,
Æquè existens patri coætaneo, filius sine matre:
Et verbum per se existentis Dei, lumē, ex lumine lumen:
A patre erat indiuisum, ęterna vna sedēs in sede:
Et Deus altigenitus erat Verbum, Hoc ab initio
Æterno simul splēdebat cum Deo opifice mūdi,
Antiquius mundo: & erant omnia per ipsum
Non spirātia & spirātia: & laborioso sine Verbo
Nihil natum est ꝙ quidē erat. & insita erat in ipso
Vita omnib. cara, & citò morientium lumen virorum.
Vita omniū altrix erat. in caliginoso verò mūdo
Cælestib. splēdebat radiis terrā illustrās fulgor,
Et caligo non eum apprendit. In silua autem ab apibus depasta
Erat quidam montiuagus desertæ ciuis petræ,
Præco primigeni baptismi: nomen verò ipsi
Diuinus Ioannes, populum seruans. hic surrexit
Nuncius firmiloquus, vt de lumine eloqueretur
Testimonium, vt omnes vnius præconis voce
Rectam fidem haberent, infinitam, matrem mundi.
Non tamē ille erat intelligēs lumē, sed vt solùm
Omnibus aperiret diuiniloquum mētum [i.os]
Et luminis præcursor non prædicati appareret,
Com-



ΝΟΝΝΟΥ ΜΕΤΑΒΟΛΗ.

Κεφ. α΄.

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀῤῥήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, ὑιὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς ἐκ φάεος φῶς.
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ·
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἔην λόγος. οὗτος ἀπ᾽ ἀρχῆς
Ἀενάῳ συνέλαμπε θεῷ τεχνήμονι κόσμου,
Πρεσβύτερος κόσμοιο· καὶ ἔπλετο πάντα δι᾽ αὐτοῦ,
Ἄπνοα καὶ πνείοντα· καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε. καὶ ἔμφυτος ἦεν ἐν αὐτῷ
Ζωὴ πᾶσι μέλουσα, καὶ ὠκυμόρων φάος ἀνδρῶν.
Ζωὴ πάντροφος ἦεν. ἐν ἀχλυόεντι δὲ κόσμῳ
Οὐρανίαις σελάγιζε βολαῖς γαιήοχος αἴγλη,
Καὶ ζόφος οὔ μιν ἔμαρψε. μελισσοβότῳ δ᾽ ἐνὶ λόχμῃ
Ἔσκε τις οὐρεσίφοιτος ἐρημάδος ἀστὸς ἐρίπνης,
Κήρυξ ἀρχεγόνου βαπτίσματος· οὔνομα δ᾽ αὐτῷ
Θεῖος Ἰωάννης, λαοσσόος. οὗτος ἐπέστη
Ἄγγελος ἐμπεδόμυθος, ὅπως περὶ φωτὸς ἀνίψῃ
Μαρτυρίην, ἵνα πάντες ἑνὸς κήρυκος ἰωῇ
Ὀρθὴν πίστιν ἔχοιεν, ἀτέρμονα, μητέρα κόσμου.
Οὐ μὲν κεῖνος ἔην νοερὸν φάος, ἀλλ᾽ ἵνα μούνῳ
Πᾶσιν ἀναπλύξειε θεηγόρον ἀνθερεῶνα,
Καὶ φάεος προκέλευθος ἀκηρύκτοιο φανείη,

Ξυνὴν μαρτυρίην ἐνέπων θεοδέγμονι λαῷ.
Καὶ γὰρ ἐὸν μετὰ πατρὸς ἐτήτυμον ἀρχέγονον φῶς
Μουνογενὴς λόγος ἦεν, ὃς ἀνέρα πάντα καθαίρει,
Πνευματικαῖς ἀκτῖσι καταυγάζων φύσιν ἀνδρῶν
Ἐρχομένων ἐπὶ γαῖαν. ἔην δ' ἐν ἀπειθέι κόσμῳ
Ἀπροΐδης, καὶ κόσμος ἀπείριτος ἔσκε δι' αὐτοῦ.
Καὶ λόγον οὐ γίνωσκεν ἐπήλυδα κόσμος ἀλήτης.
Ἐγγὺς ἔην ἰδίων, ἴδιοι δέ μιν ἄφρονι λύσσῃ,
Ὡς ξένον, οὐκ ἐγέραιρον. ὅσοι δέ μιν ἔμφρονι θυμῷ
Ἀπλανέες δέξαντο, καὶ οὐ νόον εἶχον ἀλήτην,
Οὐρανίην πάντεσσι μίαν δωρήσατο τιμήν,
Τέκνα θεοῦ γενετῆρος ἀειζώοντος ἀκούειν,
Οὓς φύσις οὐκ ὤδινε λεχωΐας, οὐ βίος ἔγνω
Ἀνδρομέου βλάστημα θελήματος, οὐδὲ καὶ αὐτή
Σαρκὸς ἐρωτοτόκοιο γαμήλιος ἤροσεν εὐνή,
Ἀλλὰ θεοῦ γεγάασιν ἀνήροτα τέκνα τοκῆος.
Καὶ λόγος αὐτοτέλεστος ἐσαρκώθη θεὸς ἀνήρ,
Ὀψίγονος προγένεθλος, ἐν ἀρρήτῳ τινὶ δεσμῷ
Ξυνώσας ζαθέην βροτοειδέι σύζυγα μορφήν.
Καὶ θεὸς οἶκον ἔναιε σὺν ἀνδράσι, καὶ κλέος αὐτοῦ
Εἴδομεν ἀνδρομέοισιν ἐν ὄμμασιν, οἷά τε τιμὴν
Υἱοῦ μουνογόνοιο παρ' ὑψίστοιο τοκῆος·
Καὶ χάριτος πέπληθε, καὶ ἀτρεκίης γενετῆρος.
Ἀμφὶ δὲ σαρκοφόροιο λόγου πρωτάγγελος ἀνὴρ
Ἅγιος Ἰωάννης πιστώσατο μάρτυρα φωνήν·
Οὗτος ἔην ὃν ἔειπον ἀμωμήτῳ ἐνὶ μύθῳ,
Πρῶτος ἐμεῖο βέβηκεν, ὀπίστερος ὅστις ἱκάνει,
Ὅττι μευ ἦν πρώτιστος, ὅτι ξύμπαντες ἀπ' αὐτοῦ

Ηιεράμεθα

Cõmune teſtimoniũ dicẽs Deũ recipiẽti popu-
Etenim ſuo cũ patre verũ primitiuũ lumen (lo.
Vnigenitum Verbum erat, quod hominem o-
mnem mundat,
Spiritualibus radiis illuſtrans naturam hominũ
Venientiũ in terrã. Erat autẽ in incredulo mũdo
Improuiſus, & mundus infinitus erat per ipſum,
Et Verbũ non cognouit aduenam mund' errãs.
Propè erat apud ſuos; ſui verò ipſum inſipiente
rabie
Vt hoſpitem non honorabant. qui verò ipſum
prudenti animo (errantem,
Non errãtes ſuſceperũt, & non mentẽ habebãt
Cæleſtem omnibus vnum donauit honorem,
Filii Dei patris ſemper-viui vt dicerentur. (uit
Quos natura nõ peperit puerpa, nõ vita cogno-
Humanæ germen voluntatis: neque ipſum
Carnis amore geniti nuptiale arauit cubile,
Sed Dei nati ſunt non arati filii patris.
Et Verbũ per ſe exiſtẽs caro factũ eſt, De' homo,
Serò genitũ, pri' gẽitũ, ineffabili quodã vinculo
Conſocians diuinam mortali comparem formã.
Et Deus domum incoluit cum hominibus: &
gloriam eius
Vidimus humanis oculis, quaſi honorem
Filii vnigeniti ab altiſſimo patre.
Et gratia repletus eſt. & veritate patris.
De carnigero autem Verbo prænuncius vir
Caſtus Ioannes confirmauit teſtificantem vocẽ,
Hic eſt quem dixi irreprehenſibili ſermone,
Me anteceſſit, poſterior qui venit,
Quia me prior erat. nam omnes ab ipſo

Accepimus diuinæ plenitudinis feram aliam
Oppofitam priori gratiæ gratiam:quia legis
Librũ totius pater per Mofen præbuit populo,
Et gratia ex Chrifto,& veritas venit mundo.
Et Deũ per fe genitum contrà gradientib.oculis
Nunquam aliquis vidit:fuo enarrauit fermone
Ille diuino obferuatus confueto in finu,
Vnigenitus, fimul ambulans cum irreprehenfi-
bili patre.
Teftimonii verò hic eft fermo,quem immortali
quadam voce
Fidelis Ioannes veriloquus dixit præco,
Hebræorũ quando populus defertæ ad dorfum
Leuitas præmifit,& vigiles facerdotes, (filuæ
Vbi profugus hominum exul habitauit vir
Domiciliũ fuis radicib.extructũ montanę dom⁹.
Sacrifici verò interrogarunt congregati celeri
fermone,
Quis tu es?num Chriftus es? & refponfiua voce
Dixit,& non occultauit,& non negauit præco,
Chriftus rex nõ fum.& Hebręorũ cœtus virorũ
Miffus,diuinũ virũ iterum interrogauit verbo,
Dic quis igitur tu es.Thefbiticæ ciuis terræ
Elias apparuifti?& refpondit, Non peregrinus
Serus Elias reuerfus in terram venio.
Et audax cœtus dixit illotos pedes habentium
facerdotum,
Nũ tu mihi quẽ vocãt diuiniloqu⁹ es propheta,
Nũcius futurorũ?& refpondit duplici fermone,
Non fum Elias,non diuinus fum propheta.
Et rurs⁹ turba dixit diuinit⁹ vocatorũ facerdotũ,
Quis es,vt omnibus annunciemus euntes

Vi-

Ηι ῥά μεθα ζαθέου πληρώματος ὄψιμον ἄλλην
Αντίθετον προτέρης χάριτος χάριν· ὅττι θεμίστων
Βίβλον ὅλων γενέτης διὰ Μωσέος ὤπασε λαῷ,
Καὶ χάρις ἐκ Χριστοῖο, καὶ ἀτρεκίη πέλε κόσμῳ,
Καὶ θεὸν αὐτογένεθλον ἐν ἀντιπόροισιν ὀπωπαῖς
Οὔποτέ τις σκοπίαζεν· ἑῷ διεπέφραδε μύθῳ
Κεῖνος ὁ θεσπεσίῳ μεμελημένος ἠθάδι κόλπῳ
Μουνογενὴς, ὁμόφοιτος ἀμωμήτοιο τοκῆος.
Μαρτυρίης δ᾽ ὅδε μῦθος, ὃ καμβροσίῃ ἐνὶ φωνῇ
Πιστὸς Ιωάννης ἐτυμόθροος ἔννεπε κῆρυξ,
Ἑβραίων ὅτε λαὸς ἐρημάδος εἰς ῥάχιν ὕλης
Λευίτας προΐαλλε, καὶ ἀγρύπνους ἱερῆας,
Ἧχι φυγὰς μερόπων μελανάσης ᾤκεεν ἀνὴρ
Ἔνδιον αὐτόρριζον ὀρεσσαύλοιο μελάθρου.
Μυστιπόλοι δ᾽ ἐρέεινον ὁμήλυδες ὀξέϊ μύθῳ,
Τίς σὺ πέλεις; μὴ Χριστὸς ἔφυς; ὁ δ᾽ ἀμοιβάδι φωνῇ
Εἶπε, καὶ οὐκ ἔκρυψε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο κῆρυξ·
Χριστὸς ἄναξ οὐκ εἰμί. καὶ Ἑβραίων χορὸς ἀνδρῶν
Πόμπιμος ἔνθεον ἄνδρα τὸ δεύτερον ἤρετο μύθῳ,
Εἰπὲ τίς οὖν σὺ πέλεις. Θεσβίτιδος ἀστὸς ἀρούρης
Ηλίας ἐφάνης; καὶ ἀνίαχεν, Οὐ μελανάσης
Οψιμος Ηλίας παλινόστιμος εἰς χθόνα βαίνω.
Καὶ θρασὺς ἑσμὸς ἔειπεν ἀνηπολόων ἱερήων,
Μή σύ μοι ὃν καλέουσι, θεηγόρος ἐστὶ προφήτης,
Ἄγγελος ἐσσομένων; καὶ ἀμείβετο δίζυγι μύθῳ,
Οὐ πέλω Ηλίας, οὐ θέσκελός εἰμι προφήτης.
Καὶ πάλιν ἑσμὸς ἔειπε θεοκλήτων ἱερήων,
Τίς πέλεθεις, ἵνα πᾶσιν ἀπαγγείλωμεν ἰόντες

Ἀνδράσι μυστιπόλοισιν ἀμοιβαίην σέο φωνήν,
Ἡμέας οἳ προέηκαν ἀελλήεντι πεδίλῳ
Δεῦρο μολεῖν. σὺ δὲ ποῖον ἔπος φιλοπευθέϊ λαῷ
Ἀμφὶ σέθεν λέξειας; ὁ δὲ, ζαθέης ἀπὸ βίβλου
Ἀνέρος ἀρχεγόνοιο, θεόσσυτον ἴαχε φωνήν,
Φωνὴ ἐγὼ βοόωντος ἐρημάδος ἔνδοθι πέτρης,
Οἶμον ὀφειλομένην ἰθύνατε παμβασιλῆος,
Καί οἱ ἑτοιμοτάτη πελέτω τρίβος, ὡς ἐνὶ βίβλῳ
Ἡσαΐας πολυΐδρις ἐνέγραφε θεσπιδὶ βίβλῳ.
Καὶ χορὸς ἄλλος ἄπιστος ἀμαρτινόων Φαρισαίων
Πέμπεν, καὶ σοφὸν ἄνδρα θεηγόρον ἤρετο μύθῳ,
Καὶ σὺ τί βαπτίζεις; πόθεν ὕδατι φῶτα καθαίρεις;
Εἰ μὴ Χριστὸς ἔφυς ὑψίζυγος, οὐδὲ σὺ δίφρου
Ἅρπαγος Ἠλίας ἐλατὴρ πυρὸς, οὐδὲ προφήτης
Πνεύματι παφλάζων, θεοδινέος ἔγκυος ὀμφῆς;
Καί σφισι πευθομένοις ἔπος ἴαχε θέσκελος ἀνήρ,
Ὑμέας αὐτὸς ἴκανον ἐγὼ καθαροῖο λοετροῦ
Ὕδατι βαπτίζων· καὶ ὀπίστερος ὅστις ἱκάνει,
Σήμερον ὑμείων μέσος ἵσταται, οὗ ποδὸς ἄκρου,
Ἀνδρομέην παλάμην οὐκ ἄξιός εἰμι πελάσσας,
Λῦσαι μοῦνον ἱμάντα θεοπνεύστοιο πεδίλου.
Βηθανίης πέλε ταῦτα θεουδέος ἐγγὺς ἀρούρης,
Χεύματος ἀντιπέρηθεν Ἰορδανίου ποταμοῖο.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ δρόμον ἄλλον ἑκηβόλος ἤγαγεν ἠώς,
Ἁγνὸς Ἰωάννης ἀντώπιον ὄμμα τιταίνων,
Ἰησοῦν ἐνόησε· καὶ ἀγχικέλευθον ἰόντα,
Δάκτυλον ὀρθώσας, ἐπεδείκνυε μάρτυρι λαῷ,
Ἠνίδε παγγενέταο θεοῦ σχεδὸν ἀμνὸς ἐχέφρων.

Viris ſacrificis reſponſiuam tuam vocem,
Nos qui præmiſerunt veloci pede (pulo
Huc venire. tu verò quale verbum ſciſcitāti po-
De te dixeris? Ille verò diuino ex libro
Viri priſci a Deo impulſam ſonuit vocem,
Vox ego clamantis deſerta in petra,
Viam debitam dirigite omnium regis,
Et ei paratiſſima ſit ſemita: ſicut libro
Eſaias multiſcius ſcripſit in diuino.
Et cœtus alius incredulus mente errātium Pharisæorum
Mittebatur, & ſapientem virum theologum rogabat verbo,
Et tu cur baptizas? vnde aqua hominem mundificas?
Si non Chriſtus es altiiugus, neque tu currus
Rapidi Elias auriga ignis, neque propheta
Spiritu feruens, diuina repletus voce?
Et ipſis interrogantib. verbum ſonuit diuin' vir,
Ad vos ipſe veni ego puri lauacri
Aqua baptizans: ſed poſterior qui venit,
Hodie inter vos medi' ſtat; cuius ad ſummū pedē
Humanarū manum non dignus ſum admouens
Soluere tantùm corrigias diuini calcei.
Bethabaræ fiebant hæc diuinam prope terram,
Fluxus ex aduerſo Iordani fluminis.
Sed quum ſanè curſum alium procul iaculans adduxiſſet aurora,
Caſtus Ioannes oppoſitum oculum tendens,
Ieſum animaduertit, & vicinum vadentem,
Digitum dirigens, monſtrauit teſti populo,
Ecce omnium genitoris Dei prope agn' prudēs.

Hic eſt de quo dixi, Poſterior venit vir (gnoui
Qui ante me erat. ego verò ipſum non antea co-
Oculis: ſed vt omnibus habens incognitam faciẽ
Iſrael filiis non deſignatis manifeſtaretur,
Veni ego præcurſor non prædicatæ viæ,
Baptizãs indoctũ, incredulum populũ, errantẽ.
Et aperiens os diuinum, toti ſciſcitanti populo
Teſtimonium dixit ſua omnes demulcẽte voce:
Quòd ſcilicet à cæleſtib. deſcẽdentẽ vidit ſinib.
Spiritũ Dei, alarum delatũ prudenti vibratione,
Ad expreſſã imitationẽ liuiæ, donec ſuper ipſum
Venit, & ibi manſit. ego autem ipſum non antea cognoui,
Sed mihi ipſe dixit ſua ſignificatiua voce,
Qui me præmiſit, regeneratorũ corpus hominũ
Baptizare nõ ignitis & ſpiritu carentib. lauacris;
Super quem conſpexeris leuem deſcendentem
Spiritum Dei intelligentis, & ibi firmiter manentem,
Hic non illuminatis lucẽ hominibus præbebit,
Igne baptizans & ſpiritu. & ipſum oculis
Vidi ego, & dixi veram teſtificantem vocem,
Quòd Dei filius hic [eſt] ſemper-viuentis patris.
Sed quum ſanè lucem aliam recurrens adduxiſſet aurora,
Diuinus vir ſtetit, duo autem iuxta eum diſcipuli
Chriſti diuinæ ignari adhuc formæ:
Chriſtum videns incedentem ſuper meabilem terram pedeſtrem viatorem
Currus altigradi ſublimem aurigam
Caſtus Ioannes, rurſus ſonuit conſueta voce,
Hic cæleſtis Dei loquens agnus incedit.

Et

Οὗτος ἔην ὃν ἔειπον, Ὀπίστερος ἔρχεται ἀνὴρ,
Ὅς μευ ἔφυ προπάροιθεν. ἐγὼ δέ μιν οὐ πάρος ἔγνων
Ὄμμασιν, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἔχων ἄγνωστον ὀπωπὴν
Ἰσραὴλ τεκέεσσιν ἀσημάντοισι φανείη,
Ἦλθον ἐγὼ προκέλευθος ἀκηρύκτοιο πορείης,
Βαπτίζων ἀδίδακτον ἀπ' εὐθέα λαὸν ἀλήτην.
Καὶ πετάσας στόμα θεῖον, ὅλῳ φιλοπευθέι λαῷ
Μαρτυρίην ἀγόρευεν ἐῇ πανθελγέι φωνῇ,
Ὅττι περ αἰθερίων καταβαινόμενον ἔδρακε κόλπων
Πνεῦμα θεοῦ, πτερύγων πεφορημένον ἔμφρονι παλ-
Ἀντίτυπον μίμημα πελειάδος, ἄχρις ἐπ' αὐτὸν [μῷ,
Ἦλθε, καὶ αὐτόθι μίμνεν. ἐγὼ δέ μιν οὐ πάρος ἔγνων,
Ἀλλά μοι αὐτὸς ἔειπεν ἐῇ σημάντορι φωνῇ,
Ὅστις ἐμὲ προέηκε παλιγγενέων δέμας ἀνδρῶν
Βαπτίζειν, ἀπύροισι καὶ ἀπνεύστοισι λοετροῖς,
Εἰς ὃν ἂν ἀθρήσειας ὑπηνέμιον καταβαῖνον
Πνεῦμα θεοῦ νοεροῖο, καὶ αὐτόθι ἔμπεδα μίμνει,
Οὗτος ἀφωτίστοισι φάος μερόπεσσιν ὀπάσσει,
Ἐν πυρὶ βαπτίζων καὶ πνεύματι. καί μιν ὀπωπῇ
Εἶδον ἐγὼ, καὶ ἔειπον ἀληθέα μάρτυρα φωνὴν,
Ὅττι θεοῦ γόνος οὗτος, ἀειζώοιο τοκῆος.
Ἀλλ' ὅτε δὴ φάος ἄλλο παλίνδρομος ἤγαγεν ἠὼς,
Θεῖος ἀνὴρ ἔστηκε, δύω δέ οἱ ἄγχι μαθηταὶ
Χριστοῦ θεσπεσίης ἀδαήμονες εἰσέτι μορφῆς·
Χριστὸν ἰδὼν στείχοντα βατὴν χθόνα πεζὸν ὁδίτην,
Ἅρμαλος ὑψιπόροιο μετάρσιον ἡνιοχῆα
Ἁγνὸς Ἰωάννης, πάλιν ἴαχεν ἠθάδι φωνῇ,
Οὗτος ἐπουρανίοιο θεοῦ λάλος ἀμνὸς ὁδεύει.

Καὶ ζαθέην ἀΐοντες ἀληθέος ἀνδρὸς ἰωὴν
Ἀπλανέες δύο φῶτες, ὀπίστεροι ἦλθον ὁδίτῃ
Χριστοῦ νεισομένοιο. καὶ αὐτοδίδακτον ὀπωπὴν
Ἐντροπαλιζομένην διδύμους ἐπὶ φῶτας ἑλίξας,
Ἑσπομένων ἐρέεινε συνωρίδα δίζυγιν ἀνδρῶν,
Δεῦρο τί μαστεύοντες ἱκάνετε; καὶ μίαν ἄμφω
Πειθομένους βασιλῆος ὁμόθροον ἴαχον αὐδὴν,
Ῥαββὶν (ὃ καλέουσι διδάσκαλε) πῆ ποτε ναίεις;
Καὶ μίαν ἀμφοτέροισιν ἄναξ ζωώσατο φωνὴν,
Δεῦτε, καὶ ἀθρήσοιτε. καὶ ἤλυθον ἄχρι μελάθρου,
Καὶ μάθον ὁππόθι ναῖεν. ὑπωρόφιοι δὲ μαθηταὶ
Ἦμαρ ἐκεῖνο τέλεσσαν ἔσω Χριστοῖο μελάθρου,
Ἀγχίθεοι. δεκάτη δὲ ποδήνεμος ἔτρεχεν ὥρη,
Καί τις ἔην ὃς ἵκανεν ἔσω θεοδέγμονος αὐλῆς,
Ἀνδρέας, μερόπων ἁλιεὺς μετὰ πόντιον ἄγρην,
Ἰχθυβόλου Σίμωνος ἀδελφεός· εἷς δέ τις αὐτῶν,
Οὓς θεὸς ἐξείνισσεν· Ἰωάννου δὲ φωνῆς
Ξυνῆς εἰσαΐοντε συνέμποροι ἦεν ἑταίρω,
Ἀγχιφανής. ἄμφω δὲ μιῇ πειθήμονι βουλῇ
Χριστῷ ἐφωμάρτησαν· ὁ μὲν, πρώτιστον ὁδεύων,
Σύγγονον εὐώδινος ἐρευνητῆρα θαλάσσης
Εὗρεν ἑὸν, Σίμωνα, καὶ ἔννεπεν ὀξέι μύθῳ,
Σύγγονε, Μεσσίαν σοφὸν εὕρομεν, ὃς θεὸς ἀνὴρ,
Χριστὸς Ἰουδαίοισιν ἀκούεται Ἑλλάδι φωνῇ.
Ὣς εἰπὼν, ἐκόμισσεν ὁμόγνιον ὀξὺν ὁδίτην
Ἰησοῦς ὅθι ναῖε. γαληναίῳ δὲ προσώπῳ
Χριστὸς ἰδὼν Σίμωνα, σοφῷ μειλίξατο μύθῳ,
Υἱὸς Ἰωάννου σύ μοι πέλες· ἐσσὶ δὲ Σίμων,

Ἐργα-

Et diuinam audientes veracis viri vocem
Non errantes duo viri, posteriores venerũt viatores
Christo incedente. & per se doctum visum
Respectantem geminos ad viros voluens,
Sequentium interrogauit coniunctionem geminam virorum,
Huc quid quærentes venitis? & vnam ambo
Sciscitante rege concordem sonuerunt vocem,
Rabbi (quod vocant præceptor) vbinã habitas?
Et vnam ambobus rex communicauit vocem,
Venite, & videte. Et venerunt vsque ad domum.
Et didicerunt vbi habitaret. domestici verò discipuli
Diem illum transegerunt intra Christi domum,
Deo vicini. decima autem velox cucurrit horã,
Et quidã erat qui venit in Deũ recipientẽ aulã,
Andreas, hominũ piscator post marinã capturã,
Piscatoris Simonis frater: vnus autem ex illis
Quos Deus hospitio excepit. Ioannis autẽ vocẽ
Communem audienti comes erat socio,
Prope apparẽs. ambo autẽ vna credula volũtate
Christum sequebantur: ille quidẽ prius incedẽs
Fratrem fertilis inuestigatorem maris
Inuenit suum, Simonẽ: & dixit veloci sermone,
Frater, Messiam sapientem inuenimus, qui Deus vir
Christus Iudæis dicitur Græca voce.
Sic loquutus, perduxit fratrem celerem viatorẽ
Iesus vbi habitabat: amica autem facie
Christus vidẽs Simonẽ, sapienti demulsit verbo
Filius Ioannis tu mihi eras: es autem Simon,

Operarius maris.tu mihi voceris Cephas:
Secundum nomen accipe recentius,viri alii
Petrũ quod vocant.cognomen autẽ occultabit
Vetustius Simonis,præstantius nomen Petri,
Fidei firmæ signum. Sed quando vicina (rota;
In summo apparẽs roscidis radiis rubefecerat au-
Iesus post noctem obscuram volebat ire
Ad ciuitatem piscosam longos capillos haben-
tium Galilæorum: (eri
Et prope inuenit Philippũ. Rex autẽ illũ iussit fi-
Fidelem suum adiutorẽ, retrò euntem viatorẽ.
Sequere & tu Philippe.& adhuc recens audiens
Auribus sermonem suscepit, & vestigiis præue-
nit vocem:
Communem autem habebat Philippus suam
Bethsaida patriam (mon:
Andreas vbi habitabat, vbi audax habitabat Si-
Nathanaelẽ verò Philipp⁹ suo demulsit verbo,
Inueniẽs eum patula sub arbore, Quẽ sapiẽs vir
Moses priscus descripsit diuino in libro, (mone
Inuenim⁹,quẽ simul omnes cõcordi quodã ser-
Futurorum præcones confirmarunt prophetæ
Iesum,sancti vocatum filium Ioseph;
Nazareth habitatorẽ,Dei filiũ. Propinquo verò
Nathanael celeris consilii verbum communica-
uit Philippo,
Ex Nazareth potest bonũ esse? Interrogãti autẽ
Comes dixit Philippus malorum ignaro verbo,
Veni & vide. Et prope vadentem viatorem
Nathanaelem velocẽ rex monstrabat populo,
Israelis filius hic[est]verus,nulli struens
Vel dolũ mutabilẽ,vel curua consilia ostendens.
Na-

Ἐργατίνης πόντοιο. σύ μοι κικλήσκεο Κηφᾶς.
Δεύτερον οὔνομα δέξο νεώτερον, ἀνέρες ἄλλοι
Πέτρον ὅπερ καλέουσιν· ἐπωνυμίην δὲ καλύψει
Πρεσβυτέρην Σίμωνος, ὑπέρτερον οὔνομα Πέτρου,
Πιστὸς ἀρραγέος σημήϊον. Ἀλλ' ὅτε γείτων
Ἀκροφανὴς δροσερῇσι βολαῖς πορφύρεεν ἠώς,
Ἰησοῦς μετὰ νύκτα λιπόσκιον ἤθελε βαίνειν
Εἰς πόλιν εὐώδινα τανυπλοκάμων Γαλιλαίων.
Καὶ σχεδὸν εὗρε Φίλιππον. ἄναξ δέ μιν εἶπε γενέσθαι
Πιστὸν ἑὸν συνάεθλον, ὀπισθοκέλευθον ὁδίτην.
Ἕσπεο καὶ σὺ Φίλιππε. καὶ εἰσέτι θερμὸς ἀκούων
Οὔασι μῦθον ἔδεκτο, καὶ ἴχνεσιν ἔφθασε φωνήν.
Ξυνὴν δ' εἶχε Φίλιππος ἑὴν Βηθσαΐδα πάτρην,
Ἀνδρείας ὅθι ναῖεν, ὅπῃ θρασὺς ᾤκεε Σίμων.
Ναθαναὴλ δὲ Φίλιππος ἑῷ μειλίξατο μύθῳ,
Εὑρὼν ὑπὸ πετάλοιο κάτω δρυός, Ὃν σοφὸς ἀνὴρ
Μωσῆς ἀρχιγένεθλος ἐπέγραφε θεσπιδὶ βίβλῳ,
Εὕρομεν, ὃν σύμπαντες ὁμορρήτῳ τινὶ μύθῳ
Ἐσσομένων κήρυκες ἐπιστώσαντο προφῆται
Ἰησοῦν, ὁσίοιο βοώμενον υἱὸν Ἰωσήφ,
Ναζαρὲθ ναετῆρα, θεοῦ γόνον. ἀγχιπόρῳ δὲ
Ναθαναὴλ ταχύμητις ἔπος ξυνώσε Φιλίππῳ,
Ἐκ Ναζαρὲθ δύναται καλὸν ἔμμεναι; εἰρομένῳ δὲ
Σύνδρομος εἶπε Φίλιππος ἀπειροκάκῳ ἐνὶ μύθῳ,
Ἔρχεο καὶ σκοπίαζε. καὶ ἀγχικέλευθον ὁδίτην
Ναθαναὴλ ταχύγουνον ἄναξ ἐδείκνυε λαῷ·
Ἰσραὴλ γόνος οὗτος ἐτήτυμος, οὔτινι τεύχων [νων.
Ἢ δόλον ἀλλοπρόσαλλον, ἢ ἀγκύλα μήδεα φαί-
Ναθα-

Ναθαναὴλ δ' ἀΐων, ἐπεδείκνυε θαύματι φωνήν·
Πῶς φρεσὶ γιγνώσκεις με, τὸν οὐ πάρος εἶδες ὀπωπῇ;
Εἰπὲ πόθεν νοέεις με. Καὶ ἀνέρι θέσκελον αὐδὴν
Κοίρανος ὀμφήεντος ἀνήρυγεν αἰθερεῶνος,
Πρὶν καλέσαι σε Φίλιππον, ὑπὸ σκιοειδέϊ συκῇ
Ἔδρακον ὑψικόμοισι παρενδιάοντα κορύμβοις,
Ὄμμασι καὶ πραπίδεσσι τὸν οὐ παρεόντα δοκεύων.
Ναθαναὴλ δ' ὀλόλυξεν ἔχων ταχυπειθέα βουλὴν,
Θαύματι πιστὰ μέτωπα θεουδέϊ χειρὶ παλάξας,
Ῥαββὶν, ἐπουρανίων ἀδύτων ὑψίθρονε ποιμὴν,
Ἰσραὴλ σὺ πέλεις βασιλεύς· σὺ Χριστὸς ὑπάρχεις,
Υἱὸς ἀειζώοιο θεοῦ λόγος. ἀμφότερον γὰρ,
Ἰσραὴλ τεκέων σε θεὸν βασιλῆα καλέσσω,
Καί σε θεοῦ ζώοντος ἐτήτυμον υἱὸν ἐνίψω.
Καί μιν ἄναξ θάρσυνεν, ἐς ἐλπίδα φέρτερον ἕλκων.
Πίστιν ἔχεις, τινὰ μοῦνον ἀθαμβέα μῦθον ἀκούσας,
Ὅττι σε μοῦνον ἔειπον ἰδεῖν ὑπὸ πυθμένα συκῆς·
Ὄμμασι πιστοτέροισιν ὑπέρτερα θαύματα λεύσσεις.
Μάρτυρον ἐμπεδόμυθον ἀμὴν ἀμὴν σέβας ἔσω,
Οὐρανὸν ἀθρήσητε κεχηνότα θεσπιδὶ ῥιπῇ,
Πεπταμένων στεφανηδὸν ἀθήτων κενεώνων,
Ἀγγελικῆς τε φάλαγγος ἐΰπτερον ἑσμὸν ὁδίτην,
Αἰθερίης ὄψεσθε καταΐσσοντα κελεύθου
Οὐρανόθεν καλιόντα, παλιννόστῳ τε πορείῃ
Οὐρανὸν εἰσανιόντα, μετάρσιον, ἠεροφοίτην,
Υἱέος ἀνθρώποιο διάκτορον. Ἀλλ' ὅτε πέτρας K. B
Πορφυρέας τριτάτη θαλαμηπόλος ἔγραφεν ἠὼς,
Ἀμφὶ πέδον Κανανᾶιον ἀεξιφύτου Γαλιλαίης,

Παιδο-

Nathanael vero audiens,produxit cum admiratione vocem, (vidisti oculis?
Quomodo mente cognoscis me,quē non antea
Dic vnde nosti me.Et viro diuinam vocem
Dominus vocali eructauit ex mento [i.ore,]
Antequā vocaret te Philippus,sub vmbrosa ficū
Vidi alticomis commorantem sub ramis,
Oculis & mente non præsentem videns.
Nathanael autem vociferabatur, habēs credulā voluntatem, (tiens,
Præ admiratione fidelē frontē pia manu percu-
Rabbi, cælestium recessuum sublimis pastor,
Israel tu es rex,tu Christus es,
Filius semper viuentis Dei Verbū.vtrumq.autē,
Israel filiorum te Deum regem vocabo,
Et te Dei viui verum filium dicam.
Et ipsum rex confirmauit,in spē meliorē trahēs,
Fidem habes quoddam solum intrepidum verbum audiens,
Quod te solum dixi vidisse ad radicem ficus:
Oculis magis credulis supiora miracula videbis.
Testificans firmiloqua Amen Amen sanctio sit,
Cælum aspicietis apertum diuino impetu,
Volantib.in modū coronæ inuisibilib.spiritib',
Angelicæ & aciei alatum cœtum viatorem
Cælesti videbitis descendentem via,
Cælitus delatum: & reuersiua via
In cęlum iterum ascendētem,sublimem,in aere ambulantem
Filii hominis ministrū. Sed quādo petras *Cap.2.*
Purpureas tertia nuptialis signauerat aurora,
In campo Cananæo augentis plantas Galilææ

Nuptiæ erant, pueros producentis vitæ feminativuum principium. (uiuium
Et nuptiæ felices erant, quod terrestre apud cõ-
Christ' retrocrinitorũ hominũ epuláti populo
Vocat' erat cõuiua, simul accũbẽtes & discipuli
Omnes erãt ex ordine. ad cõuiuium vero & ipsa
Virgo Christi Dei genitrix venit mater,
Immaculata manu nuptialem attingẽs mensam,
Puerpera lectifuga, semper sectãs virginitatem.
Vino autem suaui fragrantes amphoræ
Omnes vacuæ erãt, crebro repetẽtibus poculis
Poto: tristes vero, mero gaudente in conuiuio,
Pincernæ ministri vino non rigatæ mensæ,
Siccis manibus frustra attingebant pocula.
Ad semiperfectam vero nuptiarum ebrietatem vinoque carentem mensam secundam
Christo etiã scienti simul accumbẽs dixit mater,
Indigent nuptiæ hæ malum pellente tua voce.
Non enim bene irrorantis habent humorem suauis vini.
Et ei Christ' dixit, Quid mihi mulier vel tibiipsi?
Nondũ mihi vltimæ curs' venit circularis horę.
Et Maria famulos vocauit vt hoc perficerent
Christus quodcunque dixisset. opposito autem in pariete
Reclinatæ ordine coniunctæ amphoræ
Sex erant, tres mensuras capientes lato sinu,
Vel duas: & qualibet Iudæis custodiens
Lapidosa cauitate lustralem scaturiebat aquam,
Puram aquam. & Christus ministros vrgens
Sitibundi conuiuii, viniferam sonuit vocem,
Recens fusa aqua refertas amphoras

Im-

Παιδοτόκου γάμος ἔσκε βίου πρωτόσπορος ἀρχή.
Καὶ γάμος ὄλβιος ἦεν, ὅτι χθονίῳ παρὰ παστῷ,
Χριστὸς ὀπισθοκόμων μερόπων θοινήτορι λαῷ
Κλητὸς ἔην σύνδορπος, ὁμοκλινέες τε μαθηταὶ
Πάντες ἔσαν στοιχηδόν. ἐς εἰλαπίνην δὲ καὶ αὐτὴ
Παρθενικὴ Χριστοῖο θεητόκος ἵκετο μήτηρ,
Ἀγραύτῳ παλάμῃ γαμίης ψαύουσα τραπέζης,
Παιδοτόκος φυγόδεμνος, ἀεὶ μεθέπουσα κορείην.
Οἴνου δ' ἡδυπότοιο θυώδεες ἀμφιφορῆες
Πάντες ἐγυμνώθησαν, ἐπασσυτέροισι κυπέλλοις
Πινομένου. συνεχὴς δὲ φιλακρήτῳ παρὰ παστῷ
Οἰνοχόοι δρηστῆρες ἀβακχεύτοιο τραπέζης,
Ἀβρέκτοις παλάμῃσι μάτην ἥπλοντο κυπέλλων.
Ἡμιτελῆ δὲ γάμοιο μέθην, καὶ ἄοινον ὀπώρην,
Χριστῷ καὶ δεδαῶτι, συνέστιος ἔννεπε μήτηρ,
Χρηΐζει γάμος οὗτος ἀλεξικάκου σέο φωνῆς.
Οὐ γὰρ ἐϋρραθάμιγγος ἔχει χύσιν ἡδέος οἴνου.
Καί οἱ Χριστὸς ἔειπε, Τί μοι γύναι ἠὲ σοὶ αὐτῆς
Οὔπω μοι πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης.
Καὶ Μαρίη δμώεσσιν ἐκέκλετο τοῦτο τελέσσαι,
Χριστὸς ὅπερ λέξειεν. ἀμοιβαίῳ δ' ἐνὶ τοίχῳ
Κεκλιμένοι στοιχηδὸν ὁμόζυγες ἀμφιφορῆες
Ἓξ ἔσαν, τρία μέτρα κεχανδότες εὐρέϊ κόλπῳ.
Ἠὲ δύω· καὶ ἕκαστος Ἰουδαίοισι φυλάσσων
Λαϊνέῳ κενεῶνι καθάρσιον ἔβλυεν ὕδωρ,
Ἁγνὸν ὕδωρ. καὶ Χριστὸς ὑποδρηστῆρας ἐπείγων
Διψάδος εἰλαπίνης, οἰνοσσόον ἴαχε φωνήν,
Ἀρτιχύτων ὑδάτων ἐγκύμονας ἀμφιφορῆας

Πλήσατέ μοι. καὶ πάντες ἀμοιβαδὶς ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Νάματος ἔπλησαν διάκτοροι, εἰσόκεν αὐτῶν
Ἀκροφανὴς δ' ὕδρος ἐπέστεφε χεῖλος ἐέρση.
Ἄφνω δ' ἔπλετο θαῦμα, καὶ εἰς χύσιν αἴθοπος οἴνου
Χιονέην ἤμειψε χρόην ἑτερόχροον ὕδωρ
Χεύματι φοινίσσοντι, καὶ ὑδροδόκου διὰ κόλπου
Ὕδατος ἀκρήτοιο φιλεύιος ἔπλεεν αὔρη.
Οἰνώπῃ δ' ἐκέλευσεν ἄναξ σημάντορι φωνῇ·
Κρηναίης ἀρύοντες ὑπωροφίης ἀπὸ ληνοῦ,
Εἰλαπίνης μεδέοντι κομίσσατε νήδυμον ὕδωρ.
Οἱ δὲ, χύδην ἀρύοντο παλιννόστοισι κυπέλλοις.
Καὶ ταμίης ὅτε δαιτὸς ἐγεύσατο μάρτυρι λαιμῷ
Νάματος οἰνωθέντος ἐρευθιόωντι ῥεέθρῳ·
Οὐ μὲν ἀνὴρ πόθεν ἦεν ἐπίστατο· ὑδροφόρος δὲ
Ἤιδεε λάτρις ὅμιλος, ὃς ὑγροχύτων ἀπὸ κόλπων
Ἄγγεσι λαϊνέοις μεθυνάσιον ἤφυσεν ὕδωρ.
Εἰλαπίνης τότε ταμίης ἔσω μεγάροιο καλέσσας
Νυμφίον ἀρτιχόρευτον, ἑῷ προσεπτύξατο μύθῳ·
Πᾶς μὲν ἀνὴρ, πρώτιστον ἐΰχροον οἶνον ἀφύσσων,
Κρηνάμενος προτίθησι, βαρυνομένων δὲ καρήνων
Ἄνδρας ἰδὼν μεθύοντας, ἐλάσσονα δεύτερον οἶνον
Ὀψὲ φέρει· σὺ δὲ τοῦτον ὑπέρτερον ἔνδοθεν οἴκου
Οἶνον ἔχων ἐφύλαξας ἕως πέλε λοίσθιος ὥρη.
Πρωτοφανὲς τόδε θαῦμα φιλακρήτῳ παρὰ παστῷ
Ἰησοῦς ἐτέλεσσεν, ὅπῃ Καναναῖον ἀκούει
Ἔνδιον αἰπύδμητον ἀκερσεκόμων Γαλιλαίων.
Ἑβραίοις δ' ἀνέφηνεν ἑὴν ὑψαύχενα τιμήν
Διψαλέην παρὰ δαιτὶ διχοστασίην δὲ μενοινῆς

Ἤθεσιν

Implete mihi. Et omnes alternatim vnã poſt aliã
Aqua impleuerunt miniſtri, donec ipſarum
In ſum̃itate apparẽs aquoſ⁹ coronabat labra ros.
Subito autẽ erat miraculũ, & in fluorẽ nigri vini
Niueum mutauit colorem diuerſam aquam
Fluore rubicundo, & aquam capiẽtem per ſinũ
Aquę meræ lætificans natabat humor. (voce,
Conuiuii autẽ inſpectori iuſſit rex ſignificatiua
Fontano haurientes domeſtico ex lacu,
Conuiuii moderatori afferre ſuauem aquam.
Illi vero affatim hauriebãt redeuntibus poculis.
Et, diſpenſator quando conuiuii guſtaſſet teſtificante gutture
Aquam in vinum verſam rubicundo fluore,
Non ſane vir vndenam erat ſciuit: aquarius autẽ
Sciuit famulans cœtus, qui aquam fundentibus ex ſinibus
Vaſis lapideis alienam hauſit aquam.
Conuiuii tunc dux intra domum vocans
Sponſum nouiter ductum, ſuo affatus eſt verbo,
Omnis quidem vir primum boni coloris vinum promens,
Eligens apponit, grauatis vero capitibus
Viros videns ebrios, vilius aliud vinum
Sero fert: tu vero hoc præſtantius intra domum
Vinum habẽs, ſeruaſti donec eſſet vltima hora
Primum apparens hoc miraculum meri cupido in conuiuio
Ieſus perfecit, vbi Cananæum audit [i. dicitur]
Diuerſoriũ alte extructũ intõſorum Galilæorũ.
Hebręis autẽ manifeſtauit ſuũ glorioſũ honorẽ
Sitibundo in conuiuio: ambiguitatẽ autẽ mẽtis

Moribus firmis confirmarunt discipuli. (dicta
Non sane rex commorabatur in terra Cananæa
Sponsale post conuiuiũ vino carentiũ nuptiarũ,
Sed Capernaum maritimi ad mansiones vadẽs,
Rediens vestigium flexit, decliuem semitam incedens
Ipse, simul & fratres comites. per se genitũ vero
Virgo sequebatur Deipara filium mater.
Quibuscũ duodenarius comes habebat incedẽs
Diuinorum vnam viam posterior cœt⁹ sociorũ.
Neque sane ibi mansit per dies crebros frequentans:
Prope enim tunc erat Pascha: sacrorum tractationem vero honorans,
Sanctorum ascendit ad sedes Hierosolymorum
Cum prudentibus sociis. Diuino autem in tẽplo
Cornutos boues inuenit, & lanigerarum ordines ouium,
Et varias membris columbas: sedentem vero
Nummularium cœtum inuenit diuitis mensæ,
Et multũ cœtum vidit negotiãtem supra sedilia,
Venale negotium habẽtem:& in manib. voluẽs
Complexum ex funibus spurium fecit flagellũ;
Et bouinum gregem expulit, & ordines ouium,
Extra domum odoratam. crebrum autẽ voluẽs,
Præceps percutiebat euersam quæstuosam sedẽ
E sacro pauimento. præcipiti autem vibratione
Effudit in terrã pecuniam multum euersę mẽsæ:
Viro autem vendenti columbas sonuit vocem,
Hæc transferte lapidosum extra templum,
Neque lucri auidæ mentis grauati stimulo
Mercatus domum sanctam mei faciatis patris:

Pre-

Ἥθεσιν ἀκλινέεσσιν ἐπιστώσαντο μαθηταί.
Οὐ μὲν ἄναξ δήθυνε πέδον Καναναῖον ἀκούων
Νυμφιδίην μετὰ δαῖτα μεθυσφαλέων ὑμεναίων,
Ἀλλὰ Καφαρναοὺμ ἁλιγείτονος ἕδρανα βαίνων,
Νόστιμον ἴχνος ἔκαμψε, καταιβάτιν οἶμον ὁδεύων
Αὐτὸς, ὁμοῦ γνωτοί τε συνήλυδες. αὐτογόνῳ δὲ
Παρθένος ὡμάρτησε θεητόκος υἱέϊ μήτηρ·
Οἷσι δυωδεκάριθμος ὁμόστολος εἶχεν ὁδεύων
Ἀγχιθέων μίαν οἶμον ὀπίστερος ἑσμὸς ἑταίρων.
Οὐ δὲ μὲν αὐτόθι μίμνεν ἐς ἤματα πυκνὰ θαμίζων,
Ἐγγύθι γὰρ τότε πάσχα· θυηπολίην δὲ γεραίρων,
Εὐαγέων ἀνέβαινεν ἐς ἕδρανον Ἱροσολύμων,
Σὺν πινυτοῖς ἑτάροισι. θεοκλήτῳ δ' ἐνὶ νηῷ
Εὐκεράους βόας εὗρε, καὶ ἱεροπώκων στίχα μήλων,
Καὶ στικτὰς μελέεσσι πελειάδας. ἑζόμενον δὲ
Κερμοδότην χορὸν εὗρε φιλοπλούτοιο τραπέζης,
Καὶ πολὺν ἑσμὸν ὄπωπε φιλέμπορον ὑψόθι θώκων,
Ὤνιον ἔργον ἔχοντα. καὶ ἐν παλάμῃσιν ἑλίξας
Σύμπλοκον ἐκ σχοίνοιο νόθην ποίησεν ἱμάσθλην,
Καὶ βοέην ἀγέλην ἐξήλασε, καὶ στίχα μήλων,
Νόσφι δόμου θυόεντος. ἐπασσυτέρην δὲ κυλίνδων,
Κύμβαχον ἠκόντιζε μετάτροπον ἔμπορον ἕδρην
Ἐξ ἱεροῦ δαπέδοιο. κυβιστητῆρι δὲ παλμῷ
Ἐξέχεε χθονὶ κέρμα πολυστρέπτοιο τραπέζης.
Ἀνδρὶ δὲ πιπρήσκοντι πελειάδας ἴαχε φωνήν,
Ταῦτα μεταστήσασθε λιθώδεος ἔκποθι νηοῦ,
Μηδὲ φιλοκτεάνοιο νόου βεβαρηότες οἴστρῳ,
Ἐμπορίης δόμον ἁγνὸν ἐμοῦ τελέσητε τοκῆος.

Precationis enim hæc domus. Et recordati sunt
discipuli
Quod diuinitus inspirato signatum erat libro,
Zelus me diuinæ tuæ comedit domus.
Et ipsi minatricem eructauit populus vocem,
Qualia apud Hebræos varia signa ostendes
Quod tu hæc perfecisti? Cōtētioso autē populo
Admirandam incognitam rex eructauit vocem,
Soluite hanc domum, ego vero ipsam erigam
Diebus in tribus. Respondit autem populus,
Quam Solomon fecit lapidum vario ornatu,
In longum initium reuersam texens
Sex & quadraginta ędificationis cupidorum an-
norum, (res
Ædificiis posteriorib. rursus solutā domū erige-
Tantam post metam, post tertię cursum aurorę?
Ille tēplū dixit sui corporis, qđ quodā sermone
Horrido Christus erat post tertium diem resu-
scitaturus,
Sed quando sane post sinum irregradi barathri
Redux ex inferis rursus viuente quodam fato
Veterem reciprocum suum resumpsit honorem
Cælestem, tunc solum recordati sunt discipuli
Quod domum corp⁹ dixisset: deiloqui autē libri
Diuinum confirmarunt sermonem, & credide-
runt verbo (plo
Iesus quod dixit. Diuinitus autē ædificato in tē-
Vsque erat, & sedilia trāsiuit Hierosolymorum,
Celebrās adhuc Pascha: & agniuororū sacerdotū
Mysteria tractabat plausibilia solenne festum,
Multi[tum] rabiē incredulā commiserunt vētis,
Christi fidē habentes in nomē. Credentib. vero

Viris non confidit suum animũ.nõ enim audire
Alium loquentem spuria indigebat voce,
Vt disceret animum viri sine testimonio. opera autem virorum
